Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nomine qui hunorum exercitum contra eos ultimum bawaris miserant fecerunt rogantes eos sibi in auxilium venire. Et illi cum magna festinatione venientes expugnauerunt hunos et obtinuerunt quantanos. Similiter eos regui subiecerunt similiter et fines eorum. Duxerunt inde obsides secum in bawariam inter quos erat filius tuthilonis nomine karastus quem pater eius more christiano nutriri et baptizari postulauit. quod ita factum est. Similiter de cethmaro filio fieri rogauit. Mortuo autem tuthilone. missi francorum bawari karastum christianum factum petentibus eisdem relaxauit et illi cum duce fecerunt sed postea ille tertio anno defunctus est. Item autem permissione domni pippini regis populis ut petentibus cethmarus ducatum suscepit. Iugiente ut quodam presbiter nomine maurano. qui a domno willibrordo in iuuauensi monasterio manus impositionem accepit. quem secum propter doctrinam christiane religionis detinuit. ad iuuauense monasterium specialiter caput suum in seruitium dei declinauit. singulis annis quidum uixit. in signum subiectionis siue aliquod obsequium illud presbiterio dedit. Pactis autem aliquantis temporibus pronominatus dux karantorum petiit. s. uirgilium episcopum uisitare populum gentis illius eosque in fide firmitate confortare.